

nullo modo posset: & dum saginā persequitur, in lit-  
tus fluctibus propulsa, emineret dorso multum supra  
aquas carina uice inuersa. Præterea iussit Cæsar pla-  
gas multiplices iter ora portus: profectusq; ipse cum  
prætorianis cohortibus populo Ro. spectaculū præbuit,  
læceas cogerente milite è nauigijs assultantibus, quo-  
rum unum mergi uidimus, reflatu beluæ oppletum  
unda. Ora balenæ habent in frontibus: ideoq; summa  
aqua natantes, in sublime nymbos efflant.

An spirent pisces, an dormiant. CAP. VII.

Pirant aut cõfessione oïum et paucissima alia in  
S maris, q̄ internorū uiscerū pulmonē habent, quo-  
niam sine eo nullum aīal putatur spirare: nec pi-  
scium brāchias habentes, anhelitū reddere, ac per vi-  
ces recipere existimāt, quorū hæc opinio est: nec mul-  
ta alia genera etiā branchijs carētia: in qua sententia  
fuisse Aristotelē uideo, et multis persuasisse doctrinæ  
indaginibus. Nec me protinus huic opinioni eorū ac-  
cedere haud dissimulo: quoniā & pulmonū uice alijs  
posūt alia spirabilia inesse uiscera, ita uolēte natura:  
sicut et pro sanguine est multis alius humor. In aquas  
quidē penetrare uitalē hunc halitū quis miretur, qui  
etiā reddi ab his eū cernat: & in terras quoq; tanto  
spissiorē naturæ partē, penetrare, argumētō aīalium  
quæ semper defossa uiuunt, ceu talpæ? Accedūt apud  
me certe efficaciam, ut credā etiā oīa in aquis spirare  
naturæ suæ sorte, primū sepe adnotata pisciū aestiuo  
calore quādā anhelatio, et alia trāquillo uelut oscita-  
tio, ipsorū quoq; qui sunt in aduersa opinione, de som-  
no piscium cõfessio. Quis enim sine respiratione somno  
locus? Præterea bullantiū aquarū sufflatio, lunæq; ef-  
fectu concharū quoq; corpora angescētia. Super oīa  
esse auditū et odoratū piscibus nō erit dubiū, ex aeris  
utrunq; materia. odorem quidem non aliud q̄ infectū  
aera intelligi posse. Quamobrem de his opinetur, ut  
cuiq; libitum erit. Branchia non sunt balenis nec del-  
phinis. Hæc duo genera fistulis spirant, quæ ad pulmo-  
nem pertinent, balenis à fronte, delphinis à dorso. Et  
uituli marini, quos uocant phocas, spirāt ac dormiunt  
in terra: Item testudines, de quibus mox plura.

De delphinis.

CAP. VIII.

V Elocissimum oïum aīalium nō solum marino-  
rū est delphinus, ocyor uolucres, ocyor telo: ac  
nisi multum infra rostrum os illi foret medio  
pene i uētre, nullus piscium celeritatē eius euaderet.  
Sed affert morā prouidētia naturæ, quia nisi resupini  
atq; conuersi non corripiunt, quæ causa præcipue ue-  
locitatē eorum ostendit. Nam cū fame conciti, fugiē-  
tem in uada ima persecuti piscem, diutius spiritū con-  
tinuere, ut arcu emissi ad respirandū emicāt: tantaq;  
ui exiliunt, ut plerunq; uela nauium transuolent. A-  
gunt\* fere coniugia: pariūt catulos decimo mense, æsti-  
uo tempore, interim & binos: nutriunt uberibus si-  
cut balena: atq; etiā gestant fætus infantia infirmos.  
Quin & adultos diu comitantur, magna erga parū  
charitate. Adolefcunt celeriter, decem annis putan-

\* uera

tur ad summam magnitudinem peruenire: uiuunt &  
tricens, quod cognitū præcisa cauda in experimentū.  
Abduntur tricenis diebus circa canis ortum, occul-  
tanturq; incognito modo: quod eo magis mirum est, si  
spirare in aqua nequeunt. Solent in terram erumpere  
incerta de causa: & statim tellure tacta moriuntur,  
multoq; ocyus fistula clausa. Lingua est his contra na-  
turam aquatiliū mobilis, breuis atq; lata, haud dif-  
ferēs suillæ. Pro uoce gemitus humano similis, dorsū  
rependū, rostrum simū. Qua de causa nomen Simonis  
omnes miro modo agnoscunt, maluntq; ita appellari.  
Delphinus non homini tantum amicū aīal, uerum &  
musicæ arti, mulcetur symphonia cantu, et præcipue  
hydraulici sono. Hominem non expauescit ut alienum,  
obuiam nauigijs uenit, alludit exultās, certat etiā, &  
quamuis plena præterit uela. Diuo Augusto principe  
Lucrinū lacum inuectus pauperis cuiusdam puerum,  
ex Baiano Puteolos in ludum literarium itantē, cum  
meridiano immorans appellatum eum Simonis no-  
mine, sepius fragmentis panis, quem ob id ferebat, al-  
lexisset, miro amore dilexit. Pigeret referre, ni res  
Mæcenatis et Flauiani et Flauii Alfi, multorūq; ef-  
set literis mandata. Quocunq; diei tempore in clama-  
tus à puero, quamuis occultus atque abditus, ex imo  
aduolabat: pastusq; è manu præbebat ascensuro dor-  
sum, pinna aculeos uelut uagina condens: receptumq;  
Puteolos per magnū æquor in ludum ferebat, simili  
modo reuehēs pluribus annis: donec morbo extincto  
puero, subinde ad consuetum locum uentitans, tristis  
& mœrētī similis, ipse quoq; (quod nemo dubitaret)  
desiderio expirauit. Alius inter hos annos in Africo  
littore Hipponis Diarrhyti simili modo ex hominis  
manu uescens, præbensq; se tractandum, & alludens  
natantibus, impositosq; portans, unguento perunctus  
à Flauiano proconsule Africæ, & sopitus (ut appa-  
ruit) odoris nouitate, fluctuatusq; similis exanimi, ca-  
ruit hominum conuersatione, ut iniuria fugatus, per  
aliquot mēses: mox reuersus in eodem miraculo fuit.  
Iniuria potestatum inhospitales ad uisendum uenien-  
tium, Hipponēs in necē eius cōpulerunt. Ante hæc  
similia de puero in Iasso urbe memorātur, cuius amo-  
re spectatus longo tēpore dum abeūtem in littus aui-  
de sequitur, in arenā inuectus expirauit. Puerū Ale-  
xander magnus Babylone Neptuni sacerdotio præse-  
cit, amorē illum numinis propitiū fuisse iterpretatus.  
In eadem urbe Iasso Egesidemus scribit & alium pue-  
rum Hermiam nomine, similiter maria perequitantē  
cū repentina procella fluctibus exanimatus esset, re-  
latum: delphinumq; causam leti fatentem non reuer-  
sum in maria, atque in sicco expirasse. Hoc idem &  
Naupacti accidisse Theophrastus tradit. Nec modus  
exemplorum. Eadem Amphilocho & Tarentini de  
pueris delphinisq; narrant. Quæ faciunt, ut credatur  
Arionem quoque citharædicæ artis interficere nau-  
tis in mari paratibus, ad intercipiendos eius quæstus,  
eblanditum, ut prius caneret cithara, cōgregatis can-  
tu del-

tu del-